



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Quid sit peccatum, & quid gratia. tit. 152

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

mine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, Rom. 8.

QUID EST PECCATUM,

& quid gratia.

TITVLVS CLII.



PRIMò, peccatum est connata infirmitas ab Adam & Eua, per quam infirmitatem intùs in mente, & foris in opere agimus & concupiscimus cõtra legem Dei, & ipsum Deum, Romano 5. in quo Adam omnes peccauimus, id est, in illo peccato carnis natura sic est deprauata, vt nõ hoc sic præstemus, quòd Deus in sua lege præcepit, & ne tales simus coram Deo & proximo, quales esse deberemus. Rom. Reperio aliam legem &c.

Secundò, licet humana ratio non repute illam connatam infirmitatem pro peccato, sicut & nulli sapientum Philosophorum hos impuros & inordinarios ad bonum mentis motus pro peccato reputant, attamen verbum Dei nos cõuincit, quòd sunt gratia peccata. PRIMò, nõ diligimus, timemus, fidimus Deo ex toto corde & tota mente, nec diligimus proximum sicut nosipfos, Mat. 22. Deuter. 6. Secundò, quòd corpus corrumpitur & mortificatur propter hoc peccatum, Rom. 8. & ex illo originis peccato, externa peccata & opera carnis veniunt, Galat. 5. Tertio, quoniam ideo oportuit mori filium Dei, & fieri victimam, Heb. 10. quatenùs hæc infirmitas non imputaretur, & dedes in illum, iterùm purificaret scilicet corda, Act. 15. vt sic Deo placeret opera nostra. Et quoniam hoc peccatum fuit in Adam voluntarium, ideo & in nobis reputatur voluntarium.

Tertio, gratia est immerita misericordia, id est, remissio peccatorum, donatio Spiritus sancti & vitæ æternæ.

ternæ, quam exhibet nobis Deus per medium fidei
obedientiam legis propter Christum gratis, id est,
propter Christum vt causam, non propter nostra ope-
ra vt causam, Rom. 11. Si gratia ex operibus, iam gra-
tia non est gratia. At non exhibetur gratia sic gratis,
vtriusque medijs, scilicet fidei, sacramentorum, &c.
Nam per fidem Deus iustificat & pœnitentiã, Rom.
3. Marc. 1. Per orationem exaudit, Ioan. 16. Per obedi-
entiam legis dat vitam, Mat. 19.

Particula ergo gratis, non excludit media, sed me-
dia: per media Deus exhibet, per media apprehendi-
mus & retinemus gratiam Christi, sed causa est solus
Christus. Meritum Christi vnicum est, non efficiunt
media gratiam, sed apprehendunt & retinēt, sicut ei-
us & potus non dant & efficiunt vitam, sed retinēt,
&c. sunt causa, sine qua vita non retinetur.

Quartò, differunt gratia ipsa, id est, meritum, mors
& victima Christi, & dona gratiæ, id est, Spiritus san-
ctus cum suis fructibus, Galat. 5. Gratia Christi, causa
est iustificationis, sed dona Spiritus sancti, qui in ba-
ptismo infunditur, ad Tit. 3. Act. 2. renouant, conser-
uant gratiam, &c. Nam si secundum carnem vixeri-
mus, Roman. 8.

*QVID SIT FIDES, ET
eius virtus atq; iustitia.*

TITVLVS CLIII.

Fidè, fides est firma fiducia consequen-
tæ misericordiæ, propter Christum pro-
missæ. Heb. 11. Est firma substãtia, id est,
fiducia certa rerum sperandarum, id est
remissionis peccatorum, donationis Spi-
ritus sancti & vitæ æternæ propter Christum, quæ
non apparent. Nam lex, peccatum, mors, sathan, o-
mnes accusant & condemnant. At fides sese oppo-
nit contra illorum terrorem & accusationem, sciens
Christum